

Ibi: Quod si debitum à criminis causa.

32 Ita communiter omnes, similiter & qui habent privilegium ne conveniantur ultra quam possint facere, eo uti non possunt, si ex delicto, vel quasi, in eos quis experiat: l. etiam filios; 16. §. 1. ff. solut. matr. Humana in leg. 23. glos. 6. p. 1. Bolaños supra §. 17. n. 24.

Ibi: Fit tandem ut qui habet privilegium.

33 Qui nequit conveniri, nisi quatenus facere potest personaliter non est capiendus: Bald. in l. liber captus, n. 9. C. de captiv. Aretin. in l. alia, §. Eleganter ff. solut. matrim. Angel. in §. Sed etsi quis nu. 1. Inst. de actionib. Suar. tit. de los govierros, quest. 5. n. 5. Parlad. d. §. 6. n. 17. Avend. resp. 8. nu. 7. Guttier. d. cap. 16. n. 48. Azeved. in l. 19. n. 65. rii. 21. lib. 4. Recop. Bolaños. d. n. 24. Melo d. quest. 5. n. 1. 2. Petr. Barbosa in l. maritum, n. 2. ff. solut. matrim. Ratio est, nam cuius bonis; multo magis personæ parcendum est; argumento l. si adulterium, 38. §. Lierio e ff. ad leg. Jul. de adulter.

Verf. Regulariter igitur.

34 Ab hac regula multi excipiuntur, qui pro debito ex causa civili, etsi bona non habeant, carcerari non possunt, quos recenset Guttier. d. cap. 16. Parlad. d. §. 6. n. 9. Bolaños ubi proxime, Bobadilla d. cap. 15. ex nu. 20. Paz. d. cap. 2. a. n. 33.

35 Conductor, sive exactor major tributorum regaliū non mittitur in carcerem, si bona habens, fideiussorem de evictione, ac idoneitate præstitit; l. 10. tit. 16. lib. 9. Recopilat. notat. Guttier. practicar. lib. 2. q. 25. n. 2. Bolaños d. §. 17. in princip.

Ad Num. 5.

36 Cessio bonorum in hoc fuit inventa, ut debitores, qui solvendo non sunt, liberentur à carcere, Parlador. d. cap. fin. §. 7. num. 2. Menoch. de arbitrar. cas. 183. numero octavo. Bolaños supra, §. 15. in princip. Melo quest. 2. nu. 12. Unde juxta magis communem sententiam debitor antequam carcere includatur, ad cedendum bonis non admittitur, maxime si ab aliquo creditore opponatur, Brun. de cession. bonor. quest. 7. Boër. decis. 38. nu. 8. cum sequentibus. Villadieg. in politica, d. cap. 2. nu. 177. Melo d. quest. 1. nu. 33. Cancr. variar. lib. 1. part. 2. tit. de cession. bonor. nu. 14. Giurba decis. 41. nu. 5. Bolaños d. §. 25. nu. 9. Paz. dict. tom. 1. part. 4. cap. 5. n. 5. Quod verum est in eo, qui pro debito in carcerem detrudi permittitur, nam qui privilegio nequit carcerari, sufficit, quod debitum agnoscat, ut cedere bonis ipsi liceat: nam etsi dubium sit, an possit bonis cedere, qui in vinculis esse non cogitur? Verius est, beneficium hoc personis, quæ carcerari nequeunt, esse commune; ut in muliere probat lex penult. C. qui bon. ced. possunt; juncta Authent. sed hodie; C. de offic. diversor. judic. Barbof. in d. l. maritum, nu. 3. Melo d. q. 5. num. 22. Brun. supra quest. 1. In Clerico idem Barbof. n. 4. Melo nu. 16. Roman. singular. 559. Menoch. d. cas. 183. nu. 16. In Ecclesia, Collegio, vel Universitate, Authent. ut determ. sit num. Clericor. §. Cum verò, Menoch. nu. 13. 16. Bellin. in tract. de re militar. part. 9. tit. de saluifcondict. nu. 48. Sed quòd, qui carcerari nequeunt, cessione bonorum non juvantur, docent Bald. in l. 1. C.

qui bon. ced. poss. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de solut. ref. 27. num. 31. Tamen non est à priori sententia recedendum, juxta quam illi cedentes bonis consequentur, ne exinde ultra quam facere possunt: conveniantur; d. l. is qui; 4. ff. de cession. bon. & §. final. Inst. de actionib.

Ibi: Nec sunt alii creditores necessarii citandi.

Ira docent Brun supra. quest. 9. princip. n. 3. ad fin. Salicer. in l. 1. C. qui bon. ad. pos. col. 1. in fine, Guid. Pap. conf. 124. num. 9. Paz supra, num. 6. Sed contrarium praxis observat; nam qui bonis cedere intendit, libellum apud judicem exhibet cum memoriali, tam bonorum quam creditorum suorum, asserens se velle bonis cedere, quia solvendo non est, renunciareque catenæ, de quo Judex nominatos præcipit certiorari, terque præconizatur publicè, carceratum bonorum cessionem facere nono quoque die, edictis tribus propositis idem renunciantibus; quo termino elapso, bonisque sequestratis, etiam si absint creditores, concluditur, ac sententia judicium finitur, & ex bonis sequestratis, quæ sub hasta sunt distrahenda, creditoribus quatenus potest, solvitur. Ita Villadieg. dict. cap. 2. n. 171. Paz cap. 8. nu. 2. Bolaños d. §. 15. nu. 8. 9. comprobaturque ex l. 5. tit. 16. lib. 5. Recop. Et quod creditores sunt citandi, definit lex Lusit. lib. 4. tit. 74. §. 1. ut notat Melo q. 2. n. 38.

Ibi: Oportet tamen, ut prius quam cessio ista fiat.

Hæc conclusio recipitur ab omnibus, Guttier. de jur. conf. part. 1. cap. 17. nu. 3. Afflict. decis. 379. Paz. d. cap. 5. nu. 8. Parlador. dict. §. 7. nu. 7. Bolaños ubi proxime, n. 8. Gregor. Lop. in l. 1. glos. 3. tit. 15. part. 5. ubi ait, licet cedere bonis, anrequam debitor fateatur, vel condemnatur, si creditor consentiat: Trentacinq. d. resol. 26. n. 15.

Ibi: Si quidem olim debitor non habens bona.

Sed si uxori creditrici traderetur, torquem ferreum portare debitor non cogebatur, in honorem reverentiæ conjugalis, Parlador. d. §. 7. nu. 4. 5. Matienç. in l. 6. tit. 16. lib. 5. Recopilat. Ant. Gom. in d. l. 79. Taur. nu. 1. verf. Item etiam, Paz cap. 8. n. 4. Guttier. supra, cap. 18. n. 8. Melo quest. 2. n. 1. Cæteri verò creditores, si præmoniti intra sed dies addicto torquem ferreum non imponent, à jure suo cadebant, ita ut debitor ab eo, cui fuerat addictus, in sequentem transferretur, l. 8. tit. 16. lib. 5. Recopilat. Paz. ibidem in fine d. cap. 8. Bolaños d. §. 25. n. 23.

Hic illud est adnotandum, quod si filius familias bonis cederet (ut potest, l. penult. C. qui bon. ced. poss. Menoch. d. cas. 183. nu. 12.) pater prior erat creditoribus ob jus patriæ potestatis, atque ita filium poterat retinere, quamdiu sui juris non efficeretur, Anton. Gom. variar. lib. 2. cap. 14. num. 12. verf. Novum tamen, Guttier. d. cap. 18. n. 8. Sed hæc omnia in Hispania in desuetudinem jam abierunt; siquidem usu recepta est constitutio ob æs alienum C. de action. & obligat. neque enim vidimus quemquam creditoribus, ut ferviret, addictum, aut ferreum torquem portantem; quod avertit Villadieg. d. cap. 2. num. 174.

Ibi:

Ibi: Imò si debitor in vinculis.

41 Adde Parlad. d. §. 7. nu. 6. Montalvum in l. tit. 8. lib. 3. for. Azeved. in leg. 4. tit. 16. lib. 5. Recopilat. Bobadill. qui alios laudat, dict. cap. 15. nu. 76. lit. F. Paz. dict. cap. 5. num. 2. Tamen hæc legalis bonorum cessio hodie non frequentatur, sed debitor in vinculis detinetur, donec solvat, aut cessionem prædictam faciat.

Verf. Is autem, qui bonis cedit.

42 Cedenti bonis vestes quotidianæ sunt relinquendæ, Trentacinq. n. 14. Guttier. d. cap. 16. nu. 11. Matienç. in l. 4. glos. 2. nu. 8. tit. 16. lib. 5. Recopilat. Melo dict. quest. 2. nu. 1. Parlador. supra, n. 3. Anton. Gom. dict. cap. 11. n. 51. Greg. Lop. in l. 1. glos. 5. tit. 15. p. 5. Necnon instrumenta officii, quibus victum quærere valeat, Petr. Gregor. syntagmat. lib. 22. c. 8. Paz dict. cap. 5. nu. 9. Petr. Barbof. in l. maritum, ff. solut. matrim. Villadieg. supra, nu. 173. in fin. Bolaños in dict. §. 15. num. 12. Dominium etiam retinet rerum, quæ alienari prohibita sunt, fed earum commoditates minime; Bald. in l. 1. col. 2. verf. Quæro nunquid ille, C. qui bon. ceder. poss. Trentacinq. ubi proxime. Tamen si vel unum nummum reservet, cessio non tenet, Trentacinq. n. 9. Præterea post cessionem suos debitores convenire nequit, l. item si unus 17. ff. de recept. arbitri. notat Cujac. l. 5. Digestor. Salvii Juliani, tom. 1. Trentacinq. n. 12. Brun. q. 17. princip. n. 1. Melo quest. 33. n. 2. & 3. Quapropter remedium hoc infelicissimum, ac miserabile nuncupatur, Authent. ut determin. sit n. Clericor. §. Cum verò, l. fin. C. qui bon. ceder. poss. Menoch. supra 11. Parlador. n. 7. Trentacinq. n. 1. Et merito, cum paupertate ita fordescentibus mors sit solarium, & vita supplicium, l. quisquis, §. Filii, in fine, C. ad leg. Jul. Majestatis.

Ad Num. 6.

43 Cedens bonis cautionem juratoriam præstare compellitur (quia à fideiussoria ob paupertatem excusatur,) ut si ad meliorem fortunam deveniret, reddat, quod creditoribus satisfacere pro tunc non potest, Glos. in l. cum non facile 6. ff. si cui plus quam per leg. falcid. Melo quest. 24. n. 14. Menoch. n. 21. Trentacinq. n. 5. Villadieg. nu. 178. verf. En resolution. Paz d. c. 5. nu. 10.

44 Hoc tamen fiebile cessionis bonorum auxilium debitoribus quibusdam denegatur, qui aut solvere, aut in carcere perpetuo esse debent; veluti conductoribus Regiorum reddituum, illisque qui pro ipsis intercesserint; nam etsi regulariter Fiscali ære gravati ad cedendum bonis admittatur, Guttier. de gabell. quest. 170. n. 4. verf. Et in terminis, Bæz. de inop. debit. cap. 13. nu. 17. cum aliis Perez in l. 7. glos. fin. tit. 4. lib. 2. Ordinam. Azeu. in r. 5. nu. 7. tit. 16. lib. 5. Recop. Istis expressè prohibetur l. 5. tit. 9. Recopilat. notat Guttier. ubi proxime, per totam questionem, Bolaños dict. §. 25. n. 2. Villadieg. supra nu. 176. Item qui suo dolo in paupertatem incidit, bonis cedere non permittitur; Melo quest. 13. num. 14. Pichard. in §. fin. nu. 35. Inst. de action. Caballin. milleloq. 325. Thesaur. decis. 36. num. 3. Giurba. decision. 41. num. 9. 10. qui addit idem juris esse, si partim dolo partim casu inops factus sit. Eiusdem conditionis sunt decocti, Pichard. supra, num. 37. Trentacinq. ubi proxime, nu. 27. Necnon qui moratoriam à Principe impetrave-

rint, illa finita, Melo ex aliis, quest. 34. num. 23. Vel inducias à suis creditoribus post tempus concessum præteritum, l. fin. C. qui bon. ced. poss. Melo ibidem, Greg. Lop. in l. 5. glos. 4. tit. 15. p. 5. Paz supra, d. part. 4. cap. 6. num. Trentacinq. eod. tit. de solut. resolut. 1. nu. 30. & resolut. 2. in fin. Afflict. decis. 378. num. 2. Præterea qui alienavit, vel occultavit bona in fraudem creditorum, quæ recuperari non possunt, illo beneficio non gaudet, l. fin. §. fin. ff. qua in fraud. creditor. l. 4. tit. 15. p. 5. ubi Gregor. Lop. glos. fin. Anton. Gom. in dict. l. 79. Taur. n. 3. Bolaños n. 176. Guttier. d. c. 16. n. 24. Tandem qui cum juramento promissit debitum solvere, sciens id adimplere non posse, præfato auxilio destituitur, non tam propter vinculum juramenti, quam ob fraudem; forsan enim creditor, si juramentum non adhiberetur, non contraheret; Guttier. cum aliis, d. c. 18. nu. 6. Et de cæteris casibus, in quibus cessione huic locus non est, consulendi sunt Petr. Barbof. in d. l. alia, §. Eleganter, Pichard. in dict. §. fin. Inst. de action. Regulariter autem omnes debitores ex causa civili cedere bonis possunt, Guttier. dict. quest. 170. in princ. Bolaños dict. §. 25. n. 1. Quod & Judæis permittum est; licet alias, quæ æquitate nituntur, illis non competant, Trentacinq. dict. resolut. 27. n. 32. Brun. dict. part. 4. principali, quest. 36. Natia conf. 620. Melo q. 31. num. 9. ubi disputat; an Judæis sit æquitas servanda?

Cessio bonorum, cum beneficium personale sit, fideiussoribus non prodest: Cevall. commun. tom. 1. quest. 701. num. 13. 14. Ant. Gom. dict. cap. 11. num. 52. Guzman. de eviction. quest. 10. n. 19. Villadieg. nu. 178. l. 3. tit. 15. part. 5. §. fin. Inst. de replicat. Trentacinq. n. 38. Paz dict. cap. 6. n. 16. Sed Guttier. de juram. confirmator. part. 3. cap. 15. à num. 15. duplicem cautelam docet, ut fideiussor cessionis bonorum beneficii particeps fiat.

Cedens bonis à futuris creditoribus in solidum 46 jure convenitur; nam solum præsentibus officit cessio, Trentacinq. dict. resolut. 27. num. 6. Brun. quest. 10. princ. num. 6. Salicer, & Castrenf. in leg. ex contractu, ff. de bon. author. judic. pos. per illum textum Melo qu. 10. num. 6. Pichard. in dict. §. fin. n. 42. Sed potest adversus illos iterum, cedere, Trentacinq. num. 3. Cephal. conf. 192. num. 2. Melo quest. 27. nu. 17.

Ibi: Cogendus enim erit, cum pinguiorem natus fuerit fortunam.

Hæc ab omnibus adnotantur, ut ex præallegatis 47 constat, sed ad taxanda alimenta, quæ debent relinquere illi, qui bonis cessit, attendendus non est valor eorum, quæ postea acquirerit, sed redditus, qui ex eis percipi quotannis possunt, Guttier. d. cap. 15. num. 10. Menoch. cum plurimis, eod. cas. 183. num. 25. Unde dubitatur, an si relicta sit ei domus maximi valoris, sed exigui redditus, cogendus sit ipsam vendere, ut creditoribus satisfiat; de quo Menoch. supra, Trentac. num. 48. Guttier. d. cap. 15. nu. 13. & verius est cogendum.

Ibi: In usurario idem sensit Cardinalis.

Usurarium cedentem bonis posse retinere ex pos. 48 tea comparatis ad victum necessaria, firmant Lara in l. si quis à liberis, §. Solent. num. 37. ff. de agnosc. liber. Surd. de aliment. tit. 8. privoil. 28. nu. 6. Gemin. de usur. comment. 4. §. 4. n. 64. & tam in hoc, quam in aliis, qui bonis cesserint, sunt alimenta taxanda, habita consideratione ad paupertatis statum, nec idem eis relinquendum est, quod

rum, nec idem eis relinquendum est, quod cum dives esset, consumebat, salua tamen personae dignitate, & qualitate, Guttier. *dist. cap. 15. n. 8.*

Ibi: *Sed si quis bonis cesserit actibus quibusdam.*

49 Cedentem bonis cum ignominia ex statuto ab omni obligatione penitus liberari, tueritur cum Guidone Papa, Cancr. *variar. part. 2. cap. 9. nu. 23. Thesaur. decis. 36. Giurb. decis. 41. nu. 21. Trentac. supra. nu. 8. Melo q. 2. nu. 23. Menoch. supra. num. 23. Quae sententia omnino tenenda videtur in utroque foro, cum per cessionem huiusmodi infamia contrahitur, turpiter cedente obaerato, ut Papiae contingere, testis est Menoch. *ubi proxime*; valde enim in humanum foret, famae iacturam passum, ad satisfaciendum creditoribus etiam teneri: quare dum lex tam acriter in debitores cedentes bonis statuit: aes alienum cum poena ignominiae compensat, ut luan in honore, quod non habent in bonis; *l. si quis id quod 7. ff. de iuris. omnia. judic. Nec mirum est, posse statuto tolli jus creditoribus, quod ad bona futura eis competit, siquidem & major creditorum pars, aliis etiam invitis, in eorum praedictum potest partem debiti communi debitori condonare l. juris gentium 7. §. fin. cum legib. seqq. ff. de pact.**

50 At cum Statutum in famiam non irrogat, licet leuem ignominiam cedens patiat, verior *D. Covar. opinio* videtur, ut in Hispania eveniebat, torqueferreo imposito, quo licet inops debitor erubesceret, infamis minime efficiebatur; quia solum erat nota quaedam, qua status addictorum significabatur; quapropter etiam ad aes alienum, operis exhibitio, persolvendum, compellebantur. Neque aequum est, amplam, pecuniae summam cum levissimo novero in aliorum praedictum compensari, atque ita id voluisse legislatorem, non est credendum. Haec distinctio non obscure deducitur ex mente nuper laudatorum Interpretum.

Ibi: *Nam & illud verum est.*

51 Non obstat quod per cessionem bonorum, nec civilis, nec naturalis obligatio tollitur, sed solum exceptio cedenti acquiritur: ne ultra quam facere potest convenitur in posterum, §. *fin. Instit. de replecat. Pichard. ibi. & in §. fin. Instit. de action. n. 31. Giurb. d. decis. 41. n. 20. 1. Paz. d. cap. 5. num. 21. Melo quest. 4. nu. 12. Nam id verum est, si iuxta jus commune cessio fiat absque infamiae nota, l. debitores 11. C. ex quib. caus. infam. irroget. Strac. de mercatur. tit. de decoctorib. p. 3. num. 2. Ant. Cont. *lection subcesivar. jur. civil. lib. 2. cap. 18. nu. 2.* (licet aliis injuriosum fuerit, bona nomine alicujus, qui solvendo non erat, publice venundari, §. *Licet autem, Instit. qui, & ex quib. caus. manum. non licet*:) secus si ignominiose ex Statuto bonis cedatur, iuxta proximam distinctionem; nam poena loco solutionis subrogatur, Menoch. *d. n. 23. Cabal. resol. crim. cas. 77. n. 31.**

Ad Num. 7.

52 Praesens dubium late discutunt Guttier. *de jurament. confirmat. part. 1. cap. 18. Cevall. quest. 701. Menchaca de successio. creat. lib. 3. §. 22. d. n. 79. Brun. quest. 20. Barbof. in d. §. Eleganter, num. 49. 50. apud quos possunt videri, qui docent, renunciationem cessionis bonorum esse validam. Contrariam opinionem veram D. Covar. tueritur*

Menoch. *d. cas. 183. num. 18. Merlin. de pignori. lib. 5. quest. 49. Thesaur. decis. 36. num. 52. Melo quest. 2. num. 16. Bolannos d. §. 25. num. 7. Matien. in l. 7. glos. 2. nu. 5. tit. 16. lib. 5. Recopil. Paz supra num. 15. Baëza de inop. deb. cap. 16. num. 35. Villadieg. d. cap. 2. num. 177. Gail. de pace publico. lib. 2. cap. 2. num. 23. Trentacinq. num. 35. vers. Ego in judicando, qui plures pro utraque sententia refert. Ratio est, nam talis renuntiatio esset contra naturalem libertatem: qua quis, nisi jure permittente, se ipsum private non potest, *l. nec se volens 6. C. de liber. caus. l. interrogatam 24. eod. tit. Aliam reddit. Merlin. ubi supra, scilicet non posse renunciari huic privilegio pauperatis, quia, quae miserationis causa conceduntur, tolli renunciatione non permittuntur, Glos. verb. excedere, in l. unic. C. quando Imperat. ubi Barb. in collectan. in fine, multos ad hoc laudat.**

Ibi: *Primum jure non valere pactum.*

Quia nemo potest se ad carcerem publicum obligare, Felin. *in cap. ex rescripto, num. 13. de jurejurand. Merlin. supra, lib. 2. q. 50. num. 10. Guttier. d. cap. 18. nu. 5. ubi limitatur, si juramentum accedat; quod nunc non discutitur: Menoch. num. 10. qui ait, ita Veronae statutum esse. Multoque minus ad privatum, cum jure sit veritus, *l. C. de privat. carcerib. Bobad. in politic. dist. cap. 15. nu. 13. lit. A. ubi plures. Ita tenent, Bald. in d. cap. ex rescripto. n. 6. Merlin. d. n. 10. Similiter non valet conventio; quod creditor propria auctoritate ducat debitorem etiam in publicum carcerem, nisi sit fugitivus, Felin. supra. n. 14. Merl. d. n. 10. & 13. Rip. in l. obligatione, n. 22. ff. de pignor. ubi rationem tradit: scilicet: quia captura, & carceratio personae liberae, meri sunt imperii; *authen. de exhibenda. reis, §. Si vero. Quare privatorum pactionibus non subjiciuntur: Merl. supra n. 11.***

Ibi: *Secundum hoc ipsum pactum.*

Potest quis, lege, vel moribus permittentibus, se ad poenam corporalem astringere; Glos. *in cap. cum homo: 23. quest. 5. Menoch. de arbit. quest. 7. num. 12. ubi aliis, de quo infra, cap. 8.*

Ibi: *Tertio, animadvertendum est.*

De hoc dictum est supra, in principio, ad numerum istum.

Ibi: *Quarto, renunciationem istam.*

Renunciationem cessionis bonorum, juramento accedente, confirmari; probant Guttier. *d. p. 1. cap. 28. nu. 4. Villad. supra, num. 177. & plures adducti à Trentacinq. n. 36. & à Menchaca supra, §. 29. num. 17. & est communis opinio. Contrarium tamen verius est, quod tenent Cin. & Salicet. in l. 1. num. 19. C. qui bon. ced. pos. Baëza cap. 1. nu. 42. Menchaca d. §. 12. n. 80. Cevall. d. quest. 701. n. 7. Petr. Greg. de censib. q. 6. privil. 8. Seraph. de privil. juram. privil. 91. n. 3. Melo q. 2. nu. 16. Paz. *dist. cap. 5. n. 15. Cancr. variar. lib. 1. part. 2. cap. 9. num. 34. Costa de remed. subsid. remed. 27. num. 10. Giurb. de decis. 41. num. 3. Bolaños supra, num. 7. Trentacinq. num. 37. Ariminenf. de cession. bonor. quest. 34. par. 4. princip. Quae opinio procul dubio erit admittenda, ubi persona renunciantis aliis est necessaria, veluti uxori, liberisque, quos propria industria alebat, quonia juramentum**

in Tertii praedictum non est servandum, *ca. cum convingat. 28. in fine de jurejur. ca. quamvis pactum 3. d. pact. in 6. Tiraq. in l. si unquam, in presat. num. 92. 164. Sanch. de matrim. lib. 6. disp. 34. num. 1. Caldas de renovat. emphytheus. quest. 11. num. 15. 26. Franc. Mol. de rit. nupt. lib. 3. comp. 19. num. 72. 91. Sed absolute idem renunciatio ista juramento non confirmatur, quia libertas hominis non substat ipsius liberae dispositioni, ut Guttier. ipse praedixerat, *ibidem, n. 1. & omnes communiter concedunt: juramentum autem validare non potest actum prohibitum ratione materiae quae jurantis potestati non est subiecta, argumento ca. si cut ex literis 13. & ca. venientes 19. de jurejur. D. Covar. post Bart. Alicit. & alios in d. cap. quamvis pactum, pat. 2. §. 6. num. 11. & est communis. Nec obstat l. 5. tit. 9. lib. 9. Recop. adducta à Guttier. nam ideo ibi conductores regiorum redditum valent cum juramento cessionis bonorum renunciare, quia Statuto beneficium hoc illis sublatum est (quod fieri potest, Trentacinq. n. 36. Menoch. d. cas. 183. n. 9. ubi ait Brixiae bonorum cessionem lege municipali esse prohibitam, Gratian. *disceptat. forens. cap. 122. n. 24. Melo q. 9. num. 11.*) & ad cautelam renunciare cum juramento coguntur, quod cum accedat actui valido, imò & necessario de jure, obligat jurantem cum non versetur circa materiam prohibitam quia lege permittente, homo de propria libertate potest disponere, §. *Servi. autem, el. 2. ubi Glos. verb. major. Inst. de jur. personar.***

Ad Num. 8.

56 Hoc juris axioma: *Qui non habet in bonis, luan in corpore, videri potest apud Cujac. lib. 1. questio. Paul. in l. libertum, 15. ff. de in jus vocando, Menoch. de arbitrar. quest. 80. n. 103. Avendaño in cap. 16. Corrector. part. 2. n. 7. Ofuaid. ad Donell. lib. 27. cap. 9. lit. R. Farinac. in prax. crim. tom. 1. tit. 3. quest. 26. Baëza de inop. deb. cap. 1. d. num. 50. Pichard. in §. Penales, num. 19. Instit. de actionib. Salgad. in labyrinth. part. 1. cap. 7. d. n. 1. Thesaur. decis. 18. n. 4. cum aliis, Boër. decis. 349. n. 8. Affl. *dis. decis. 378. n. 2. Sed hoc locum non obtinet in Nobili Clerico, vel aliis, quorum dignitati deferendum est, D. Covar. pluribus allegatis, infra, lib. cap. 9. n. 4. vers. Oñavò quamvis regulariter, Bernard. Diaz. in prax. crim. cap. 142. num. 4. ubi Salced. lit. D. Guttier. *practi. ar. lib. 4. quest. 17. n. 8. 9. Paz. in prax. d. c. 5. n. 19. de quo latius per me in d. vers. Oñavò.***

Ibi: *Et id non tantum procedit, ubi quis ob crimen.*

57 Ubi reus solvendo non est, interesse, quod parti offensa praestare debet, potest in corporalem poenam commutari; notat Boër. supra, num. 11. Guttier. *dist. part. 1. cap. 17. d. num. 24. August. Barbof. in collectan. num. 5. ad cap. fin. in libris, de dol. & contum.*

Ibi: *Hinc sanè constat.*

58 Qui per calumniam etiam in causa civili ad iudicium provocat, si bonis non habeat, corporaliter punitur, tenet Petr. Barbof. *in l. eum, qui temere, n. 49. de judic. & DD. communiter in dist. cap. finem litibus: Bobadill. in politic. tom. 2. lib. 5. cap. 2. n. 94. in fine.*

Ibi: *Hac verò commutatio poena.*

59 Sequitur Guttier. supra, num. 25. Hoc idem, nam *Faria addit. ad Covar. Tom. 1.*

semel corporaliter punitus à pecuniaria obligatione penitus liberatur, est uberrimam sortem postea nanciscatur, Glos. *in cap. peccatum 4. de reg. jur. in 6. Gratian. Falcon. reg. 60. Matien. in l. 4. glos. 2. n. 12. tit. 16. lib. 5. Recopil. Ripa. in cap. cum M. 9. n. 38. de const. Roman. singul. 24. Cabal. resol. crim. cas. 77. n. 39. Boër. decis. 349. n. 4. Brun. in tract. de cession. bonor. 4. p. pth. n. 5.*

Ibi: *Hac igitur ratione.*

Questionis est, an de jure communi delinquens damnatus ad damnum refarciendum parti offensa, ad bonorum cessionem admittatur? de qua Greg. Lop. *in l. 4. glos. penult. titulo decimoquinto. p. 5. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 11. numer. 52. Trentacinq. supra, n. 26. Guttier. d. cap. 17. n. 26. Didac. Perez in l. 3. tit. 1. lib. 3. Ordin. Diaz reg. 75. ubi Salced. Matien. in l. 9. glos. 2. n. 3. 4. tit. 16. lib. 5. Recop. & verius est non admitti, ut probant fundamenta, quae hic D. Covar. adducit, *ex l. sed hoc 22. ff. de re judic. l. etiam 19. §. 1. ff. solut. matrim.**

Ibi: *Clericus ob crimen conveniri.*

Clericus ex delicto damnatus ad poenam pecuniariam, non gaudet suo privilegio, *ex c. Oloardus, de pignori. sed est in carcere detinendus donec solvari. Glos. in cap. olim, el. 2. de restit. spoliar. Baëza supra, cap. 17. n. 13. Guttier. dist. cap. 27. num. 22. Boër. ubi proxime. Hyppolit. in prax. §. Attingam, n. 70. vers. Hanc tamen conclusionem intellige, Farinac. in prax. crimin. q. 26. d. n. 11. & quest. 27. d. num. 72. quod limitat Guttier. n. 27. cum aliis; nisi Clericus teneretur ad interesse ex delicto; non ad poenam, quia observanda erit decisio d. c. Oloardus, de quo proxime dictis attentis, quod jus commune potest dubitari, *est Cevall. Idem teneat num. 8.**

Ibi: *Verum cum hac questio proximis diebus.*

Hodie adversus juris communis regulas, ut aiunt 62 Jul. Clar. *receptar. sentent. lib. 5. §. fin. questio. 95. numero secundo, Cevall. dist. questio. 701. n. 4. stabilitum est, l. 9. tit. 16. lib. 5. Rec. ut possit debitor ex delicto cedere bonis quoad interesse parti offensa solvendum; non quoad poenam etiam ipsi applicatam, notant Guttier. num. 27. 28. Cevall. n. 5. & 6. Azeved. in dist. l. 9. Bolaños d. §. 25. num. 3. Baëza, cap. 11. Olan in concord. jur. lit. D. n. 18. Pa. supra, num. 18. Didac. Perez ubi proxime, Matien. in ead. l. 9. glos. 2. num. 5. Montalv. in l. 3. glos. magna, tit. 5. lib. 4. for. Gratian. Falcon. reg. 60. n. 2. Villad. dist. cap. 20. numer. 175.*

Ibi: *Plerumque tamen Regiarum Curiarum Judices.*

Sed quando delictum est leve, & constat de inopia delinquentis, potest Judex poenam pecuniariam Fisco applicatam, aut ex lege debitam remittere, *l. 4. tit. 22. part. 3. Avendaño supra, part. 1. cap. 7. num. paz num. 19. Bolaños dist. §. 15. num. 4.*

Ad Num. 9.

Clericum qui solvendo non est, ob debita ex delicto, aut quasi delicto non descendenda, carcerandus, aut excommunicandus non est, Guttier. supra, num. primo septimo. Cyriac. *Centroversiar. P tom.*